πk
3712

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0001

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0002

B. M. II, 105.
h. 22, 13.
II k 3712

# DISPVTATIO INAVGVRALIS
## *DE*
# AVSTREGIS REIP. NORIBERGENSIS

QVAM

*MAGNIFICI*

ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

PRO LICENTIA

SVMMOS IN IVRE HONORES CAPESSENDI

*DIE* *MARTII A.* MDCCXXII

DEFENDET

GEORGIVS CHRISTIANVS HVLS DE RATSBERG.

---

*ALTORFII NORIC.*
LITERIS IOD. GVIL. KOHLESII ACAD. TYPOGR.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
1. 6. C. 8.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0003

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

# PROOEMIUM.

IUdicii Auſtregarum S. R. I. liberæ Reip. Noribergenſi competentis deſcriptionem judicio tuo, Lector amice, ſubmitto; ſcriptum quidem exiguum, exiguis tamen animi ingeniique dotibus par. Non enim adeo ſuperbus incedo, ut ſingularem Tibi de me opinionem inſinuare, talemque exhibere velim, qui ita omnibus numeris eſſem abſolutus, qui non aliqua ſaltem in parte labi, falli, decipi poſſem. Spartam hanc viris eruditiſſimis ac eloquentiſſimis lubens reliquiſſem, niſi fuiſſent Viri Illuſtres, Generoſiſſimi pariter ac Excellentiſſimi, qui gratia, auxilio atque ſtudio ſuo mihi admoviſſent calcaria, quorum memoriam gra-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0005

tiſſima quidem mente recolere ſpondeo, in eorum tamen laudes ſpeciatim excurrere ideo non audeo, quoniam elogiis meis longe majores eſſe noverim. His ſiquidem maximam partem me debere, ingenue fateor, ita me non abs re facturum ſpero, ſi fontes unde reliqua hauſerim enumeravero. Primarii igitur ſunt Juris publici Doctores, Rerum Cameralium Autores, Singularium Auſtregarum Conſcriptores: *Itterus de Feud. Imp. Limnæus de Jure Publ. Lehmanni Chron. Spirenſe. Dattius de Pace publica. Conringius de Urbibus Germ. Item de Judiciis Reip. Germ. Item de Conſtitutione Epiſcoporum Germ. Item de Origine Juris Germ. Cocceius de Auſtregis. Item de Notione & executione Auſtreg. Stryck. de Foro Auſtregarum. Item de Proceſſu Auſtregarum. Item de Foris Germaniæ ſingularibus. Strauch. in Diſſp. Exot. Obrecht. in Prodromo Rer. Alſat. Textor Diſſ. 3. ad Rec. Imp. noviſſ. Lentius de privil. immediat. S.R.J. Procerum inſtantia. Donavvärtiſche Relation. Beſtändige Informatio Facti & Juris &c. der Donavvärtiſchen Relation entgegen geſetzt. Nothvvendige Erinnerung vvider die beſtändige Informatio*

*Facti*

*Facti & Juris. Hiſtoriſcher Bericht von Reichs-Vogteyen. eiusque Apologia. Blumius Proceſſ. Cameral. Deckher ad Blum. Ludolph. de Jure Camerali. Uffenbach de Judicio Aul. Gylmanni Symphoremata. Schubhart. de Auſtregis. Lynker. de Gravam. Extraiud. Nicol. Schützius de Auſtregis. Dav. Peſtels de Judicio Auſtr. Rinthelii. Joh. Grave de Auſtregis. Tubing. Helfrici Ulrici Hunii, diſſ. de Judicibus Auſtregarum. J. S. Schlanhovius de Auſtr. Gieſſæ. A. F. Vivet. Præſ. Dr. Weghorſtio. de Auſtregis. Haffniæ. J. W. Waldſchmid. de Auſtregis Comitum. Marpurg. J. C. Schroeter. de Auſtreg. conventionalibus domus Sax. Jenæ. Jo. Rebhan de Inſtantia, Imp. Procerum prima. Argentorati. Hiller. de Amicabili iudicio Civit. Imp. J. S. Grambs. de Privilegiis Argentoratenſis Civitatis de non evocando, non appellando, de Auſtregis. Georg. Fridericus Hartmann. liber ſingularis de Jure Auſtregarum legalium Reipubl. Goslar. competente.* Nihilominus tamen ſuffocandum potius hoc eſſe inſtitutum quam ſufflaminandum, multi evincere ſatagunt, quaſi Auſtregæ detrimento magis quam incremento ſint Reipubl. noſtræ

Germanicæ, imprimis quod ab iis provocari queat ad Cameram & judicium Imperii aulicum, adeoque paucæ lites ibidem finiantur, quodque multi ſumtus requirantur, dum muneribus demulcendi, lauteque tractandi Commiſſarii Principum arbitratorum; accedit denique quod ſemeſtre aut annuum ſpacium ſit præfinitum judicio Auſtregarum, intra quod litem majoris momenti finiri portentum foret in Germania. Quæ tamen omnia non impediunt, quo minus firmiter ſimus perſuaſi, lites quam plurimas coram judicio Auſtregarum, maxima cum litigantium utilitate, iri finitum: Quod enim ad primam objectionem attinet, facile regeri poteſt, dari quidem Appellationi locum ſi Principes aliive totius cauſæ periculum uni deciſo ſubmittere detrectent; ſæpius autem evenire, ut hoc beneficio non fuerint uſi, id quod etiam mos antiquus ſemper fere tulit, ſumtus deinde enormes, ſi qui ſunt, & corruptelæ miniſtrorum, tanquam judiciorum abuſus, ipſum uſum tollere, non convenit dicere. Et tandem intra brevius definiti temporis ſpacium judices noſtri Auſtregæ, unica ſaltem

tem liti occupati, eidem citius omnino finem imponere poſſunt, & ſi vel maxime iſtud tempus non ſufficiat, hoc eſſe prorogatum, rerum teſtantur exempla. Qua de cauſa Principes atque Civitates Imperii jura cum privilegiis ab Impp. indulgentiſſime conceſſa, ſarta tectaque conſervare ſtudent non immerito. Et hoc eſt, quod in hac Diſſertatiuncula demonſtratum ivi. Multa quidem facile largior, minus enodate minusque anquiſite ſunt enucleata, ſed ea, Lector amice, tenuitati ingenii mei condonabis. Vale.

# CONSPECTUS
## *Sectionis Prioris.*

*De origine Auſtregarum opiniones diverſæ. Inſtituti ratio. §. I. Judiciorum forma antiquiſſimorum Germanorum. §. II. Francorum. §. III. Poſt Carolingos uſitatorum. §. IV. Neglectis judiciis diffidationes oriuntur. §. V. Temporibus interregni judicia Imperii incerta, hinc judicia arbitraria per compromiſſum inita. §. VI. Exempla in unionibus Electorum reperienda. §. VII. Aliud exemplum atque clarius. §. VIII. Compromittitur præter Principes in Civitates quoque. §. IX. & X. Alia judicia per confœderationes formari ſolita. §. XI. Modus procedendi. §. XII. Probatur exemplis. §. XIII. Vnde Maximilianus I. multa retinuit. §. XIV. Vberioris deſcriptionis Auſtregarum remiſſio ad Ord. Cam. §. XV. Qu. An cauſæ criminales poſſint coram Auſtregis peragi? Reſp. quoad Conventionales. §. XVI. Quoad legales. §. XVII. An matrimoniales. §. XVIII. An Feudales. §. XIX. Jurisdictio num ordinaria aut delegata. §. XX.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0010

# SECTIO PRIOR.

## I.

DE Origine *Auſtregarum* non omnium eadem eſt opinio. Singulas ne allegaſſe quidem juvabit. Schubhartus, Blumius & plures adhærent ſententiæ Autoris *der nothwendigen Erinnerungen* ad *Informat. Donawvert.* qui primam Auſtregalium judiciorum conſtitutionem Maximiliano I. tribuit. Quam lubricis vero ſuperſtructa ſit hiſtoriarum hæc ſententia fundamentis, e ſequentibus patebit. Mecum enim conſtitui hanc rem omnem profundius paulo atque altius deducere, ut eo curatius percipiamus rationem modumque, quo Auſtregæ noſtræ in eam, qua nunc indutæ ſunt formam, per ſpiramenta temporum excreverint. Inprimis cum excitat induſtriam noſtram *Dn. Dattius de P. P. Lib. I. Cap. XXVII.* ubi bene merituros monet eos, qui ſuo exemplo ſpecimina iſtorum judicum ante ordinatum in Imperio tribunal e ſcriniis ſecretioribus proferent, ut conſuetudo hæc antiqua magis illuſtrari & de modo judiciali certius aliquando conſtare poſſit.

## II.

Ante autem quam res patrias deſcribamus, generaliora quædam præcognitu neceſſaria ſunt præponenda. Occipiamus quidem a forma judiciorum antiquiſſimis Germaniæ populis uſitatorum, ſed ita tamen, ut hanc non late nimis depingamus; ordinis autem ſervandi



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0011

gratia omnem, ſi quam deprehendimus, mutationem binis ſaltem verbis adnotemus. Quam primum Germanica gens Hiſtoricis cœpit innoteſcere, eam non in una quidem Republica cohabitaſſe, ſed ſingulis ſuas reſpublicas ſuaque fuiſſe judicia, ſibi tamen invicem parum diſſimilia, videmus e veterrimis rerum Germanicarum monumentis, quæ Julium Cæſarem & C. Tacitum Autores habent. Iidem referunt, Concilium aliquod gentis fuiſſe communem magiſtratum, a quo lecti Principes, qui regionibus & pagis præeſſent, interque ſuos jus dicerent, & minuerent controverſias, quibus ſingulis centeni ex plebe comites, conſilium ſimul & autoritas, ad fuerunt. Hi itaque judices lites, quæ inter ſingulos pagorum & vicorum incolas interceſſerunt, dirimere poterant; quæ autem ſubortæ fuerant inter ipſos Principes diverſorum pagorum, ad comitia totius populi ablegari ſolebant. Procedendi cauſamve agendi modus erat ſine dubio, pro moribus hujus gentis, ſimpliciſſimus, teſtaturque Tacitus, nec implacabiles inimicitias diu duraſſe, & luiſſe quemvis homicidium certo armentorum numero: quam propera ergo aliarum controverſiarum fuerit compoſitio, facile eſt ad conjiciendum.

## III.

Et hæc quidem ita contigerunt, in Republica veteri Germanica. Quæ deinde in magno Francorum regno fuerit judiciorum ratio, perveſtigabimus. Præfuerunt judiciis ſuis partim Concilium omnium ordinum, partim Rex ipſe, partim a Regibus conſtituti varii Duces & Graviones ſive Comites, cum Scabinis Aſſeſſoribus, partim Epiſcopi, partim denique Legati,

quos

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0012

quos appellant miſſos regios: De negotiis maximis Regum Principum & primariæ nobilitatis judicavit Concilium: de ſacris, aut ſacrarum vel rerum vel perſonarum cauſis, judicium fuit penes Epiſcopos, Legatos regios, & Regem ipſum; de aliis Duces, Comites, Legati regii extra aulam; in aula Rex ipſe & Archi capellanus in ſacris, Comites Palatii in profanis judicaverunt. Ad Regem tanquam judicem ſupremum provocatio admittebatur; Altera ſcilicet ad Miſſos regios, altera ad ipſius Regis palatium; Ad Comitem itaque palatii vel cauſæ per provocationem delatæ, vel eæ, quæ in ipſo palatio & in aula ſunt ſubortæ, pertinuerunt: Quæ omnia e Capitularibus quam maxime, atque aliis hiſtoricarum rerum Conſcriptoribus comprobari poſſunt; ut oſtendit *Conring. diſſ. de Vrbibus Germ. §. XLII. ſeqq. itemque de Judiciis Reip. Germ. paſſim. Lehmann. Chron. Spir. l. 2. c. 9. ſeq. & paſſim.*

IV.

Poſt Regum Carolingorum ætatem per aliquot ſecula proxima vix clare ſatis demonſtrari poteſt, quo fuerit modo res judiciaria comparata. Aliquid a forma priſtina retinuit, aliquid rurſus immutatum reperitur. Comitiorum autoritas magna ſemper fuit. Principum controverſiæ dijudicandæ a Paribus Curiæ & Ordinibus, coram Rege aut Cæſare. Pontifices vero multo plura ſibi arrogare cœperunt, quam olim moris fuerat concedere, ſubducti Epiſcopi aliique Clerici Jurisdictioni Reip. in unius ferme Papæ imperium conceſſerunt. Judicia de bonis ſacris non erant penes ipſos Clericos olim, ſed alios ſingulatim a Regibus in id conſtitutos, poſtea vero, excuſſis ſuis Advocatis, ſecularia quoque

judicia & adminiſtrationem bonorum exercuerant. Miſſi Regii poſt Ottonum tempora vix deprehenduntur: Quorum défectu factum eſt Sec. XIII. ut Vrbes complures, in terris illis, quæ olim Sueviæ Ducibus paruerunt, cœperint in judicia quædam compromittere; cum enim non eſſent, qui controverſias Senatus populique dirimerent, novis ſane judicibus opus erat; has ſecutæ urbes nonnullæ Saxonicæ, quæ ſimiles ob cauſas Sec. XIV. in judicia quædam compromiſiſſe leguntur.

V.

In eo autem multum a bonis moribus receſſum eſt, quod controverſiæ plurimæ non judiciis illis, ſed bellis & armis componi ſolebant: Quo refero ſolitas inter Germaniæ populos Diffidationes, quibus

*Non ex jure manu conſertum, ſed mage bello*
*Rem repetunt.* Ennius.

*Wann man nur dem Gegentheil offentlich in Schrifften abgeſagt, ſo hat man Ehr und guten Nahmen erhalten, obſchon ſonſt einig Fug oder Recht zu Krieg und Blutvergieſſen, Brand und Nam im vvenigſten vorhanden gevveſen.* Horum etiam bellicorum exercitiorum recentioribus temporibus reperiuntur veſtigia, & nomine Velitationum inſigniuntur, quæ in ultima demum pace Carlowicenſi ſunt abrogatæ. Antiquiſſimis quidem Germanorum legibus interdicta erat omnis diffidatio, niſi judicium & jus ceſſaret.

VI.

Quam ærumnoſa autem judiciorum in imperio fuerit ratio nunquam ſatis deploranda, docent hiſtoriæ

ætatis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0014

ætatis Friderici II. Regis, cujus poſt obitum Cæſarea dignitas penes quem reſideret diu ſatis in incerto erat: Judicia publica rara vel nulla, rara etiam regni Comitia. Nota omnibus Regum imbecillitas, poſt labefactatam ab Hildebrando aliisque eorundem poteſtatem, ut nemo fere auderet his judiciis Regiis ſuas cauſas ſuſpendere. Et hac vero rerum facie omnes atque ſinguli ſecuritati ſuæ ut invigilarent, neceſſum omnino habuerunt; qua de cauſa pacta ad mutuam ſui defenſionem ineuntes, impotentiores in protectionem potentiorum ſeſe receperunt, viribus autem atque potentia æquales ſocietates atq; confœderationes hæreditarias ſtabiliverunt, in quibus non tantum Diffidationibus renunciare, ſed & normam præſcribere ſolebant, amicabili ratione dirimendi lites ſeſe inter oborituras, ſuperaddita hac prudentiſſima clauſula, ut, ſpernente parte altera vias amicabiles, inque jure cauſa ſua cadente, conſociati auxiliatrices manus ſibi invicem præberent: Fieri porro ſolebat, ut illi, qui in nullas ſeſe confœderationes, munus judicis arbitrarii continentes, contulerunt, in judicia atque compoſitiones compromitterent ſtatuum Imperii aliorum.

## VII.

Illuſtria exempla hanc rem omnem illuſtrant. Antiqua extat Electorum unio de A. 1338. in qua præter alia capita hoc continetur: *Quod ſi contingeret, ullam diſſenſionem aut dubium inter nos oriri, quicquid nos tunc omnes, aut major pars ex nobis, ſuper hoc diffiniemus & ſtatuemus, id debet vim habere atque a nobis obſervari.* Item in ſecunda Electorum unione de Anno 1399. Item in tertia de Anno 1424. *Were es dann daß unſer einer einerley Anſpruch*


*oder*

*oder Forderung zu den andern gevvinne, vvelchem unter uns bedünckte, daß ihm von dem andern ungütlich geſchehe, der ſoll demſelben ſchreiben, und ihn mahnen, ſeiner Freunde zvveen oder drey zu den nechſten Monden, uff einen Tagk, den er ihn auch benennen ſoll, an eine gelegene Stadt zu ſchicken, und uff denſelben ſollen derſelben beeder Herrn Freunde Anſprach, Antvvort, Wiederrede und Nachrede von beeden Seiten verhören. &c.* Præter quartam unionem de Anno 1438. inquinta A. 1446. art. 2. expreſſa hæc verba unionis tertiæ repetuntur. *Were es dann daß unſer einer .... einerley Anſprach oder Forderung &c.* quo ſuper articulo latiorem atque ampliorem commentationem invenies in *Dn. Mulleri. R. T. Th. T. I. I. Vorſt. Cap. XXIII.* §. 20. *ſq.* ubi hanc lites dirimendi rationem certum judicium Auſtregale appellat. Judicis enim officio fungitur Elector ille, qui ordine eſt Judex Communis; quotannis enim alternatio contingere ſolet, cui partes litigantes litem ſuam in ſcriptis proponunt, quo facto, & ſpacio duorum menſium præterlapſo, ſententiam ferre, eandemque obſignatam partibus transmittere debet.

## VIII.

Alia nec plane abſimilis judicii forma ineunda teſte Mullero loco ſupra cit. Anno 1486. eſt propoſita, ut ſcilicet Status Imp. poſt ſtabilitam pacem publicam hujusmodi Auſtregas ſibi præſcriberent: *So einer den andern zu ſprechen ſtünde, daß die andere, die ſolcher Spruch und Vorderung nicht berührte, auf Erfordern des klagenden Theils, jeglicher einen ſeiner Ret, an einen gelegenen Ende zuſammen ſchicken ..... die Partheyen gütlich zuvergleichen, und ob die Güte nicht verfangen vvollte, ſollen dieſelbe geſchickte auff ihren Eyd ſprechen und erkennen, und vvas allſo von ihn oder*

*den*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0016

*den mehrſten Theil geſprochen vvird, dabey ſoll es bleiben, und op ſich dheineſt begebe, daſs die yztgemeldten Ret in ſolchen Rechtſpruch zerfielen und eines Obmanns nottdürftig vvürden, den ſollen dieſelben Ret ervvehlen, der denn auch auf ſeinen Eyd des einen Theil Urtheil ..... Volg thun ſoll, .... ſo die Theile ungehorſam, ſo ſollen vvir andere Fürſten und Herrn ſo die Sach und Anſpruch nicht berührte, ſie dazu halten und vermögen deme nachzukommen .... doch vvo hievor etliche unter uns obbemeldten Fürſten und Herrn ſunder Austræge gegen einander hætten, bey denſelben Austrægen ſoll es zu den Zeiten, ſo ſich zvviſchen ihnen Zvvytracht begeben, blieben, vvürden ſie aber vvegen derſelben Austræge auch miteinander ſpennig, vvelchergeſtallt das vvære, ſo ſollen ſie alsdann auch bleiben bey dieſen hievorgeſchriebenen Rechtlichen Austrag.*

## IX.

Vidimus Electores & Principes ejusmodi judices Auſtregales electos, videamus exemplum unum tantum alterumve, ubi cum aliis in Civitates quoque compromiſſum eſt. Ad annum 1462. Dietherrus Moguntinus Elector, contra Adolphum Naſſovicum, Cathedralis Moguntinæ Canonicum jus ſibi ſumturus, non tantum ad Imperatorem ipſum, Electores, Principesque, verum & ad Conſules Senatumque Civitatum, *Cœln*, *Mainz*, *Worms*, *Speyr*, *Nürnberg*, *Franckfort*, *Rotenburg*, *Winſsheim*, *Hailborn*, *Friedberg*, *Gelchauſen*, *Coblenz*, *Bopparten*, *Weſel und auf die 9. Stædte des Stiffts Mainz*, provocavit: Coram his vel omnibus vel ſingulis, quam Naſſovicus, ejusve Aſſeclæ elegerint, ſeſe defenſurum, adque prolatam actionem reſponſurum, & judicis dictæ ſententiæ pariturum, ſpoſpondit.

X. In

X.

In Conventu Civitatum Anno 1474. Spiræ coacto contra incuſationes ab Imperatore Friderico factas, defendere ſeſe allaboravit Fridricus Palat. Elector ; hunc etiam in finem per ſuos legatos Civitatibus proponi juſſit, quam graviter in ſe Cæſaris ira atque odium incumberet, quamque ſæpius adhibuerit curam ut in gratiam reciperetur, & controverſia hæc ſua componeretur, ſed in incaſſum laboraverit ſemper. Denuo itaque decrevit vel omnes Imperii Status judices in ſe pati, vel ſpeciatim Civitates *Straßburg*, *Nürnberg und Ulm*, quam modocunque eligere placuerit Imperatori.

XI.

Præter hæc arbitraria judicia, alia quoque moris fuit conſtituere, tenore ſocietatis atque fœderis initi, in quo plerumque formulam certam de jure ſumendo partes ſibi præſcribere adſolebant. In primis autem origo atque occaſio e temporibus medii ævi repetenda eſt, quorum monumenta produnt, jus manuarium jus fuiſſe æquiſſimum frequentiſſimum ; Hinc factum, ut quilibet, contra aliorum frivolos atque iniquos inſultus ſeſe tuituri, cum aliis fœdera ejusmodi pangerent. Conſuetudine deinceps modus judicii arbitrarii certus invaluit, quo Elector Princeps aut Comes Imp. conveniretur, formula ſequens multis fœderum tabulis nominatim inſerta eſt, qua mutuum ſibi pollicentur auxilium ſocii, ſi quis Electorem aliquem, Principem vel Comitem Imperii Auſtregali foro, vel neglecto, quo ipſum conveniri mos in Germania antiquus tulit, judicio, armis peteret : *Wann ihr einer oder mehr, einen Churfürſten . . . . . vergvvaltigen oder verunrechten vvollte, ohnerlangt und*

*und ohnerfolgt Rechts vvie dann im Reiche herkommen iſt und Gevvohnheit gevveſen, einen Fürſten des Reichs, rechtlich zu verfolgen und zuerlangen.* Plura allegat exempla Datt. in P. P.

## XII.

Fuit autem mos ille antiquus Confœderationum talis: Controverſia inter ſocios ipſos ſuborta, quæ niſi ſopiretur in bellum erumpere potuit, ſive Electores Principibus, ſive Principes inter ſe, ſive cum Imperii Civitatibus fœdere conjungerentur, Reus ex Actoris ſive partis litigantis Conſiliariis, judicem quendam Communem, *einen gemeinen Obmann* eligeret, hic autem cum adjunctis ſibi pari numero ab utraque litigantium parte Aſſeſſoribns, litem terminaret, citatis in locum opportunum partibus, ſententia, cui utraque pars obſequeretur, lata. Ne autem vaga eſſet electio judicis, deſignari in fœderum tabulis ſolebant aliquot utriusque partis Conſiliarii, interdum V. VI. VII. IX. & quandoque plures, ex quibus judicem quæque pars litigans deligeret, hinc etiam conſequens eſt, ut lata ab hoc arbitro ſententia appellationi non ſubjiceat: *Was ſie dann (der Obmann und die Zuſæz) darinnen zu Recht ſprechen, dabey ſoll es bleiben, von beeden Theilen gehalten und nicht fürbaß gezogen vverden.*

## XIII.

Quam aſſertionem noſtram multis quidem exemplis comprobare poſſemus, ſufficiat autem ſingularia eaque pauca tantum proferre, ut inſpectis ipſis fœderum tabulis quam parum obligandi formulæ differant, tanto certius poſſit conſtare. Sub medio ſeculi XIV. reperitur conſociatio Ruperti Palatini cum Wormatienſi &

Spirenſi civitate, ubi non ſolum, qua ratione mutua ſibi arma præſtare, verum etiam lites inter ſe ſuosque obortas dirimere vellent, cautum eſt, *Wære, daß die Stædte zu ſprechen hætten den Fürſten Ruprecht ſeine Unterthanen oder Diener, darum ſollen vvir nach Anſprach und Wiederrede nehmen vvas Fünffe uf deſſelben Herzogs Rathe, die vvir dann nennen ſollen, uff den Eid vviſend, vvas recht darumbe ſi, und dieſelben Fünffe, . . . die ſoll derſelbe Herzog Ruprecht ſollich halten, daß ſie uns recht ſprechen ohne Fürzug.* Anno 1365. Fœdus inierunt *Straßburg*, *Worms*, *Speyer*, cui præter alios hunc articulum inſeruerunt: *Were es, daß eine unter denen dreyen Stædten mit der andern einen Span gevvinne . . . . . ſo ſoll ſie den Breſten für eine der andern zvvey Stædte bringen, vvelche ſie vvollen, und dem breſten den Rath der Stadt vorlegen, und vvie es derſelbe oder das mehrertheil unter ihnen ußrichtent uff den Eidt, damit ſoll ſie jegvveder ſite begnügen.* Alia enarrare exempla, quæ de anno 1372, 1411. 1460. cetera, ad manus ſunt, nunc quidemſuper ſedeo, cum inſtituti mei rationem longe videantur ſuperare.

## XIV.

Quæ omnia cum Maximiliani ætatem anteirent, & in uſum deducta eſſent, ſit ſane veri valde ſimile, eundem Imperatorem hujus uſus memorem, in ordinatione Cam. conficienda, moris antiqui formam perſæpe retinuiſſe, eamque confirmaſſe. Conſtituta autem eſt Camera, Pacis, ut appellatur, publicæ vinculum atque firmamentum Anno 1495. poſt tot vana anteriorum temporum tentamina, ab Imp. Maximil. I. qui pacem publicam ante omnia in oculis habuit, cum ea ſane ſine judiciorum robore conſiſtere non poſſet. Porro neceſſum

ſum eſſe exiſtimabatur conſtituere eos, qui latas in Camera ſententias executioni darent, qui de ſubditorum querelis cognoſcerent, qui publicam tranquillitatem conſiliis & Legibus tuerentur, qui bellum contra Imperii hoſtes ſuſciperent, qui, ne quid ad ſubita deeſſet conſilii auxiliique, univerſam poteſtatem, quæ toti Imperio in Comitiis competit, exercerent, & horum Senatus vocabatur Regimentum Imperii.

## XV.

Operæ igitur pretium eſt, ut inſpiciamus paulo penitius ipſam ordinationem Imperatoris, in qua fuſe ſatis atque ample auſtregarum delineatio nobis tradita eſt. Et exhibet quidem tit. 2. Part. 2. Ord. Cam. modum, quo Electores & Principes ſubortas inter ſe controverſias in prima aliqua inſtantia componere poſſint. Quo Electores & Principes conveniant Prælatos, Comites ac Nobiles immediatos, deſcribit tit. 3. d. Ord. Quo autem modo Prælati Comites ac Nobiles poſſint Electores atque Principes in jus vocare, docet tit. 4. Quo denique Prælati Comites & Nobiles ſecum litigantes lites ſuas dirimere poſſint, ſequens tradit tit. 5. Qua de cauſa diverſas illas procedendi rationes prolixioribus verbis tranſcribere merito ſuperſedeo, imprimis cum Dn. I. F. Hoffmannus omnes ad Proceſſum Auſtregarum formulas neceſſarias præſcripſerit in tractatu de Modo & Norma Inſtituendi & Proſequendi Proceſſum Auſtregarum.

## XVI.

Id potius nunc agamus, ut ea, quæ in dicta ordinatione vel paulo obſcura vel plane non propoſita ſunt,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0021

ſub incudem revocemus. Haud enim ſatis liquet, quarum cauſarum tractatio Auſtregali noſtro judicio ſuſcipienda relicta ſit. Sunt, qui cauſas Criminales admitti poſſe adſerunt, ſunt qui negant. De conventionalibus auſtregis parum dubii mihi ſupereſt, quin ad affirmantium partes me convertam; Hæc autem dicta volo de delictis levioribus, non vitam Pricipis aut ignominioſum cruciatum involventibus, *Schotel. de veterib. Jur. Germ. Tit. I. von Fürſten Recht. n. 1. & 7.* Obicem tamen ponere videtur *Stryck. in diſſ. de Foro Auſtregarum*, innititur ille legi 32. §. 6. ff. de receptis, quod in criminalibus compromiſſio eſt interdicta: Ergo & Auſtregale judicium conventionale. Hæc ille; Nos contra. Et reponimus quidem, e legibus civilibus Rom. parum apte de Auſtregarum Germanicorum jurisdictione, novo quodam ente, judicari atque concludi poſſe, quid? quod Principes in territoriis ſuis LL. Rom. abrogare poſſunt, quidni contra d. l. 32. convenire, ut de delictis eorum coram conventis ſuis auſtregis judicium peragatur? Sunt ſane perplures cauſæ aliæ ut publicæ, reſtitutionis, tutelares, fiſcales, famoſæ, cetera, quæ omnes coram Auſtregis ventilari ſolent, de quibus tamen homines privati virtute LL. Rom. non compromittunt, & quod maximum, Imperatoris confirmatio eſt ſuperaddita judiciis conventionalibus.

## XVII.

Quemadmodum vero in conventionalibus Auſtregis res omnis a conventione & pactis dependet, exinde etiam omnis dubii deciſio deſumenda, ita in legalibus, ad ord. Cam. tanquam fontem & ſedem ſuam primariam eſt recurrendum, petendaque ex mente D. Imperatoris in rebus dubiis interpretatio. Habet d. Ord.

 Cam.

Cam. P. 2. t. 2. hæc verba : *Wann ein Stand den andern mit Recht beklagen vvollte, vvarum oder vvas Urſach daß vvær.* Item *Spruch und Forderung, die einer zum andern hætt. &c.* quæ cum ſint generalia, non immerito criminales cauſas in ſe quoque comprehendere dixerim. Objicis: Ab Auſtregis ad Cameram datur Appellatio, ſed in Criminalibus non datur; ad Auſtregas non pertinent igitur. Sed Reſpondeo, ordinatio Cam. non plane in omnibus cauſis appellationem admittit, in iis potius tantum, in quibus ſecundum tenorem art. *Von denen Appellationen, vvelche angenommen vverden ſollen*, provocare licet, quod certiſſimo argumento eſt, Auſtregas etiam de iis judicare, quæ non ſunt appellabiles. Accedit, quod exarator Privilegii de Auſtregis Norici, expreſſa hæc inſeruerit verba: *Sie ſollen in erſter Inſtanz um einigerley Sachen vvillen, Peinlich, Bürgerlich, heblich perſöhnlich mit Recht nicht beladen vverden &c.* Vnde factum eſt, ut cauſa Injuriarum a Cive quodam ſeculo præcedenti actitata contra Perilluſtrem Senatum noſtrum non aſſumeretur in Camera, ſed remitteretur ad judicem ſuum competentem, qui erat Senatus Winsheimienſis; qualem ille ſententiam pronunciaverit, deinde deſcribam, quando rem eandem alio fini denuo ſum propoſiturus.

XVIII.

Simili ratione eſt decidenda quæſtio, An Cauſæ matrimoniales in judicio Auſtregarum componi poſſint. Et non negem. Quoniam matrimoniales controverſiæ Luthero autore in tantum non niſi inter ſæculares ſunt computanda, id quod comprobat *Havemannus in Gamalogia Lib. IV. Tit. 1. Poſit. 3.* tam in politia Iſraëlitarum, quam Romanorum Imperatorum, Græcorum, Regumque Germanicorum haſce cauſas ad Magiſtratum

Politicum ſemper fuiſſe ablegatas. Sicut enim ſummus Imperans ſubditis ſuis, ſive ſint Seculares ſive Eccleſiaſtici, ſummo jure imperat, ita & alia judicia ab eodem conſtituta tam cauſas eccleſiaſticas quam profanas ſuſcipere poſſunt. Unde fluit, ubi nulla ſunt ſtabilita Conſiſtoria, non quidem neceſſario nova ſunt extruenda, ſufficiunt judicia politica, ita Hamburgi, ita in patria quoque Republica cauſæ Eccleſiaſticæ in Senatu bene deliberantur, deciduntur.

XIX.

Alia autem diſquiſitio, utrum Auſtregæ in Feudalibus cognoſcere poſſint, pluribus obnoxia eſt ſcrupulis. Defendant alii negativam ſententiam, nobis placet affirmativa, ita quidem, ut, ſi inter duos Pares de aliquo beneficio ſit controverſia, quorum uterque ſuum feudum proprium eſſe dicat, ſive adſerant eundem inveſtitorem, ſive diverſos, in Judicem ſive arbitrum poſſet compromitti. Hujus generis judices conventi erant Joachimus Elector Brandeb. Henricus Dux Sax. Georgius & Joannes Brandenb. & Henricus Landgraffius Haſſiæ, qui in cauſa ſeculo XVI. de Burggraffiatu Magdeburgico inter Albertum Marchionem Brandeb. & Electorem Sax. ſuborta, ſententiam tandem pronunciarunt. Cui ſtrenue quidem eſt contra dictum, quod tale aliquid abſque domini feudi conſenſu ſuſcipere prohibitum omnino ſit, ſed cum Jureconſultis cauſa iſta decidenda relinqueretur, reſponſum eſt pro Electore Sax. ex ea potiſſimum ratione, quia hac in ſpecie duos inter Vaſallos rem ab eodem domino recognoſcentes, lis vertatur, indeque nullum damnum aut præjudicium domino inferatur. *Strauch. diſſ. Jur. Publ. XI. 7.* Ne igitur hoc fiat unquam, partes de feudo Imperii regali diſceptantes, conſenſum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0024

ſenſum Imperatoris implorare debent, quo impetrato deinde e conventionalibus judicibus fiunt privilegiati. Sed decerpis ita, obloquuntur alii, partem haud exiguam a jurisdictione domino feudi competente. Ego autem regero, tantum decerpo, quantum decerpunt alii a Jurisdictione judici allodiali competente, dum partibus liberum eſſe exiſtimant in arbitrum compromittere, id quod tamen extra omnem dubitationem jam pridem collocarunt judiciorum Auſtregalium conſcriptores.

XX.

An Auſtregarum Jurisdictio ſit Ordinaria aut Delegata, mire inter ſe contendunt: Illi enim hoc judicium a lege publica ordinatum vident, mandari poſſe aliis & delegari Conſiliariis Principum, & ab his non ad dominos mandantes, ſed ipſam Imp. Cameram appellari, ergo ordinariæ eſſe Jurisdictionis firmiter ſibi perſuadent; Hi vero Delegatæ eſſe, omni conamine evincere allaborant, & contra dicunt, Judices non immediate a lege dari, ſed demum præmiſſa ab actore requiſitione Rei, & hujus requiſiti nominatione conſtituendos eſſe, prohibitionem appellationis ad mandantes notam potius eſſe Delegatæ Jurisdictionis, & quæ hujus generis ſunt plura. Nobis pulcherrime arrident ea quæ habet Vitriarius in Inſt. Jur. Publ. h. tit. Nos inquit putamus, incommode applicari LL. Juſtinianeas in quæſtionibus Magiſtratuum Imperii noſtri Germanici, quia plane ſunt diverſi a magiſtratibus antiquis Romanorum. Et ſi legibus Civilibus inhæreamus, plane nullam habent jurisdictionem Auſtregæ, ſunt enim inſtar arbitrorum compromiſſariorum, qui jurisdictionem nullam habent, imo nec appellatio ab ipſorum ſententia eſſe deberet ſecundum jus Civile.

# CONSPECTVS
## *Sectionis Poſterioris.*

*Tranſitus. §. I. Ratio methodi. §. II. Judicia quædam Reip. Noribergenſis per conventiones conſtituta. §. III. Exempla ſecundum ſeriem annorum probationis gratia adjecta de Anno* 1384. *§. IV. de An* 1386. *§. V. de An.* 1393. *§. VI. de An.* 1493. *§. VII. Judicia in tabulis fœderum definita. §. VIII. Exemplis probantur de Anno* 1340. *§. IX. Anno* 1350. *§. X. Anno* 1353. *§. XI. Anno* 1368. *§. XII. Anno* 1371. *&* 1375. *§. XIII. Anno* 1389. *&* 1397. *§. XIV. Anno* 1452. *§. XV. Anno* 1456. *§. XVI. Anno* 1467. *§. XVII. Anno* 1482. *§. XVIII. Neque his fœderibus ſecuri ſatis, ſibi proſpiciunt per privilegia de exemtionibus a judiciis Provincialibus & Weſtphalicis Noribergenſes. §. XIX. Quorum Exempla ſequuntur. de Anno* 1219. *confirmatur ſequentibus Impp. §. XX. de Anno* 1394. *§. XXI. de Anno* 1347. *§. XXII. de Anno* 1361. *§. XXIII. An.* 1373. *§. XXIV. An.* 1389. *§. XXV. Anno* 1393. *§. XXVI. Anno* 1404. *§. XXVII. Anno* 1429. *§. XXVIII. Anno* 1435. *§. XXIX. Intermixta privilegia de exemtionibus a judiciis Weſtphalicis ex initio Sec. XV. §. XXX. XXXI. Alia exemtionum ab aliis judiciis exempla de Anno* 1353. *§. XXXII. Anno* 1457. *§. XXXIII. Anno* 1467. *§. XXXIV. Anno* 1475. *§. XXXV. Denique inſequitur ipſum Privilegium Caroli V. de An.* 1540. *§. XXXVI. Confutatur Vffenbachius §. XXXVII. Reſpondetur Reinkingio. §. XXXVIII. Qualis Proceſſus in noſtro judico Auſtregarum adhibeatur §. XXXIX. Recenſentur Civitates, quarum judex Auſtregalis Noriberga. Cum Concluſione. §. XL.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0026

# SECTIO POSTERIOR.

## I.

POſteaquam in præcedentibus de modo ſermo fuit habitus, quo Auſtregæ Principum ortum ſuum atque progreſſum traxerint; Nunc quidem in ſpecie de privilegiata illa prima inſtantia, Reip. Norimbergenſi competente, ſingularia quædam annotare liceat.

## II.

Vtut enim privilegium Carolinum, Reip. noſtræ ſuper Auſtregis datum tanta ſit virtute & efficacia præditum, ut illud ſolum allegaſſe facile ſufficiat ad probandum beneficium Auſtregarum, quo illa, cum paucis aliis præter reliquas omnes Imperii Civitates, gaudet: Nil tamen minus in majorem rei evidentiam placet vetuſta antiquitatum monumenta volvere, inque veſtigia inquirere judiciorum antea uſitatorum, ut ſic ordine proponantur immutationes, augmenta, confirmationes, quibus Auſtregæ noſtræ ad hanc formam abſolutam, qua hodie excellunt, adſpiraverint.

## III.

Hunc etiam in finem judicia quædam Reipublicæ, quæ vel e conventione habet, vel virtute fœderum, vel denique vi privilegiorum de exemtionibus eſt conſecuta, enumerabo: unde eſt ad videndum, controverſias cum Principibus, Civitatibus aut ſubditis civibus ſubortas, non judiciis Imperii, eorumque ſumtuoſæ at-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0027

que diuturnæ ventilationi, illico ſubjectas fuiſſe, ſed Principes alios vel civitates vicinas electos fuiſſe judices, qui ſententiam pronunciantes litem omnem dijudicarent.

IV.

Ita Anno 1384. Mergentheimii conventus Principum & Civitatum eſt coactus, in quo Noriberga, Auguſta, Ratisbona, &c. multas lites coram Auſtregis conventionalibus compoſuiſſe dicuntur.

V.

Anno 1386. Inter Marchionem & Norimbergam compromiſſum eſt in Fridricum Palatinum hoc pacto, ut uterque litigantium bina adſciſcat ſenatus membra, Palatinus autem ipſe ſententiam ferat.

VI.

Anno 1393. Vigil. omnium SS. *haben ſich die Bürger des Raths gegen Hermann E. erbotten, vväre das, daß er zu den Burgern des Raths und der Stadt gemeiniglichen zu Nürnberg ichts zu ſprechen hätte, darum vvollten ſie ihn gern gerecht vverden vor unſerm gnädigen Herrn den Römiſchen König, und ob es ihn däuchte, daß ihn das zu lang vvürde, ſo vvollten ſie ihn gerne gerecht vverden vor Herrn Borzivvoy von Svvynar, unſers Herrn Königs Land-Vogt in Elſaſſen, und in Schvvaben, der kürzlichen in die Stadt Nürnberg kommen ſollte; vväre aber, daß nicht fugſam vväre, ſo vvollten ſie ihm gerne gerecht vverden vor dem Rathe der drey Städte, Rothenburg, Winsheim urd Weiſſenburg.*

VII.

Anno 1493. literæ Senatus Norici extant ad Marchionem Fridricum datæ, in quibus placidas contro-

ver-

verſiarum propoſuit compoſitiones, quas tamen ille quovis modo detrectavit. Offert itaque Senatus Auſtregas, coram quibus cauſam ſuam controverſam velit ſubmittere decidendam: Formula talis eſt: *Der Rath iſt auch erpittig, um alle die Gebrechen, Speen und Irrung, ſo Evv. Fürſtl. Gnaden zu Uns, und vvir zu Evv. Gnaden haben, und zu haben vermeinen &c. &c. rechtliches Austrags ze pflegen, ze geben und ze nehmen, ze nehmen und ze geben, vvie Recht iſt: Alſo doch, daß ain Rechtfertigung mit der andern zugee, nehmlich vor dem Allerdurchl. Groſsmächtigſten Fürſten und Herrn, Herrn Maximilian, Römiſchen König, zu allen Zeiten Merer des Reichs &c. &c. unſerm allergnädigſten und recht natürlichen Richter, vvo aber ſolches Evv. Gnaden in vveitläufftig bedüncken vvollte, ſo ſind vvir ferner erpöttig, denſelben Evv. Gnaden in vorgeſetzter Weiſe rechtlichen Austrags zu pflegen, vor dem Hochvvürdigſten Fürſten und Herrn Herrn Berchtold, Erz-Biſchoff zu Meinz, Churfürſt, und den Hochgebohrnen Herrn Herrn Eberhart dem Eltern, Graven zu Würtenberg und Mempelgard &c. verſamentlich. Oder vor dem Durchlauchtigen und Hochgebohrnen Fürſten nnd Herrn Herrn Philipſen, Churfürſten, Herrn Albrecht und Herrn Görgen, Pfalzgrafen beyn Rhein, Herzogen in Ober-und Nieder-Bayrn, unſern gnädigſten und gnädigen Herrn und Bunds-Genoſſen, vor ihnen allen dreyen verſamentlich, oder vor ihr jedes Gnaden beſonder, vvelcher Evv. Gnaden dazu bevvilliget ſeyn vvill, und vor deſſelben Gnaden auch der andern beeden unſern gnädigen Herrn von Bayern, Räthen, ihr jedes in gleicher Anzahl. Oder vor dem Durchl. Fürſten und Herrn Herrn Friedrichen, Churfürſten, Herzogen zu Sachſen, Landgraffen zu Düringen, und Marchgraffen zu Meiſſen, unſerm gnädigſten Herrn. Oder vor den Hochvvürdigen Fürſten und Herrn, Herrn Rudolph, Biſchoffen zu Würzburg*

*burg, und Herzog zu Francken. Oder Herrn Wilhelm, Biſchoff zu Eichſtätt, auch unſerm gnädigen Herrn, vvolicher unter Ihnen Evv. Gnaden dazu ebnet. Oder vor den gemeinen Hauptleuten und Räthen des löblichen Bunds zu Schvvaben. Oder vor der Land-Tafel des Königreichs zu Böheim. Oder vor den Fürſichtigen, Erbarn und Weiſen, unſern beſondern guten Freunden, den Ländern und Städten gemeiner Aidgenoſſenſchafft. Oder den Räthen der erbarn Städte, Straßburg oder Franckfurt am Mayn, alles vor jedvvedern obgemeldten verlauten Sprüche und Gebrechen ihr jeglicher rechtlich ;u ſprechen, und zu erkennen Macht haben.*

## VIII.

Præter judicia conventionalia proferam aliquamplures confœderationum ſpecies, e quibus ea, quæ ad rem meam faciunt, eruta communicabo. Et deprehendi quidem in plurimis fœderibus articulos quosdam ſingulares, qui nos docent, quanam ratione Respublica noſtra cum aliis Imperii Statibus de jure ſibi dicundo paciſcebatur: Quod quidem antequam exemplis illuſtrem, de fœderibus in Germania ſolitis multa præfari poſſem, cum hujus ſane rei latus evagandi campus pateat; ſed nec lubet, nec licet. Nota expreſſa prohibitio in aurea Bulla & in R. I. 1495. earum ſcilicet confœderationum quæ pro lubitu & indiſtincte ineuntur. Nota autem approbatio aliarum, quæ conſervandæ pacis publicæ cauſa iniri ſolent. *Conf. Jul. Pflug in orat. de Rep. Germ. curanda. Autor Diſcurſus, ob es heilſam und nützlich, im H.R.R. Vniones und Bündnüſſe zu machen.*

## IX.

Primum cui Norimberga addicta eſt fœdus dicitur eſſe

eſſe illud, quod Anno 1340. pactum eſt inter Civitates quasdam Bavaricas & Rhenanas, & perplures alios imperii Status.

X.

Alio fœderis vinculo An. 1350. juncti reperiuntur Ludovicus Marchio Brandeburg. Ludovici Imp. filius, *Stephan* & *Luther* Palatini Rhenani, Leupold Bambergenſis Epiſcopus, Henricus *Biſchoff zu Eichſtat.* Otto *zu Würzburg*, Henricus *Abt zu Fulda.* Item Johann *Burggraff zu Nürnberg*, Heinrich *Graff zu Henneberg*, *die Graffen von Caſſel*, *Crafft und Lutz von Hohenlohe*, *Gottfried und Ulrich von Brauneck*, *die Stædte Bamberg*, *Würzburg*, *Eichſtatt*, *Nürnberg*, *und Rothenburg.* Nos alia hujus fœderis capita prætermittentes, illud ſolum obſervamus, quod formam oſtendit judiciariam: Scilicet VIII. a prædictis ſociis ſunt conſtituti Viri: Nomine Principum Johannes *von Wenkheim*, *Dieterich Wildenſteiner*, *und Erkinger von Seinſsheim.* Nomine autem Civitatum *Ulrich Weibler von Würzburg*, *Conrad Groſs Schultheiſs zu Nürnberg*, *Liſsberger Schultheiſs zu Bamberg und H. Vetter von Rothenburg*, hiſce adjunxit Imperator ſuo & Imperii nomine *Lützen von Hohenlohe*, qui omnes, ſi quem læſum perceperint, & a parte læſa ſint convocati, intra XIV. dierum ſpacium conveniant, deque ejusdem ſalute recuperanda deliberent; Sin autem convocati non ſint, nihilominus quaternis per annum vicibus conſeſſus ſuos inſtituere teneantur.

XI.

Norimbergæ in pacem publicam Anno 1353. ſeſe denuo conſociarunt ſequentes: *Biſchoff von Bamberg*, *Würz-*

*Würzburg*, *Eichſtæt*, *Rudolph des Kayſers Schvvehr*, Rupertus Senior & junior Palatini, *Stephan und Albrecht*, *Burggraffen zu Nürnberg*, *Johann Graff zu Henneberg*, *Ulrich und Johann*, *Landgraffen zu Leuchtenberg*, *Heinrich Graff zu Druhendingen*, *Rudolph Graff zu Wertheim*, *Gottfried von Brauneck*, *Ludvvig von Hohenlohe*, *Conrad und Friedrich von Heideck*, Item *Regenſpurg*, *Würzburg*, *Nürnberg*, *Rothenburg*. Et conſtituerunt Principes perſonas V. totidemque Civitates, hiſce adjunxit Cæſar Carolus *einen Obmann* Directorem & judicem Communem, quem adeat pars læſa, petatque ut adjunctos ſuos Aſſeſſores intra 14. dies convocet Herbipolin atque ibidem litem omnem dirimat.

## XII.

Anno 1368. & repetitur 1422. Carolus IV. Senatui poteſtatem dedit recipiendi in fœdus ſuum quoslibet Nobiles & viros agrarios. Quo facto ille cum Civitatibus *Rothenburg*, *Winſsheim* & *Weiſſenburg* ſeſe conjunxit, ut ſibi ſemper invicem manus præberent auxiliatrices. Eodem adhuc anno abſente Carolo Imp. Johannes Epiſcopus Pragenſis cum Principibus quibusdam & Civitatibus, quas inter etiam eſt Norimberga, pacem publicam pepigit, ad cujus conſervationem Principes conſtituerunt V. perſonas, totidemque Civitates, quibus præſidebat *Friedrich von Soldeneck*.

## XIII.

Novam ejusmodi pacem publicam A. 1371. condidit cum Principibus quibusdam atque Civitatibus, ubi utræque partes V. viros denominarunt, quibus Imp. judicem communem *Albrecht von Veſtenberg* adjunxit. Anno ſequenti

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0032

ſequenti 1375. alia pax publica reperitur, cui & Norimberga ſubſcripſit, & a Principibus IV. a Civitatibus II. ordinati fuerunt judices præſide Godofredo *Graff von Rineck*.

## XIV.

Eandem habet conſtitutionem pax publica de Anno 1389. quod ſcilicet quatuor Principum, totidemque Civitatum delegati, quaternis per annum vicibus Herbipoli, Bambergæ & Norimbergæ convenirent, & de pacis ſtabilitate deliberarent, adſidente Cæſareo Cognitore Communi. Anno 1397. Conventus habiti Norimbergæ Præfectus eſt creatus Fridericus Burggraffius Noricus, cum adjunctis e Principibus & Civitatibus Aſſesſoribus tribus.

## XV.

A. 1452. Civitates conventum Vlmæ habuerunt *Nürnberg*, *Nördlingen*, *Rothenburg*, *Dinckelſpiel*, *Winßheim und Weiſſenburg*, & per quinquennium ſeſe conſociarunt, ſtabiliendæ ſecuritatis itinerum gratia, ubi inter alia decretum reperitur: Harum ſi quæ civitas injuriam pateretur, ea Norimbergam adeat, querelamque ſuam exponat, quo facto deinde Norimberga conſcribat alias civitates, & vota ſua conferat, ita tamen ut ſola Noriberga poſſit tres conſtituere Aſſeſſores, reliquæ autem omnes non niſi ſingulæ unum.

## XVI.

Anno 1456. *hat ſich Dieterich Erzbiſchoff von Meinz, mit Nürnberg Winßheim und Weiſſenburg verglichen. Dabey iſt auch des Austrags halben, vvo ein Theil den Andern beſpre-*

*beſprechen ſoll, Verordnung geſchehen.* Anno 1466. *Nürnberg Weiſſenburg und Winßheim haben ſich zuſamm verbunden, vvelche Stadt angegriffen vvürde, die ſollte die andere gen Nürnberg verſchreiben, bey den Zuſammenkünfften ſoll Nürnberg 2. die andern Stadte jede ein Votum haben.*

## XVII.

Status Imperii in comitiis Norimbergenſibus Anno 1467. pacem publicam ſequentem in modum propoſuerunt: Deputati XXIV. ex univerſo imperio Noribergæ commorari, ibique certos dies judiciarios habere, Pontificem etiam aliquot judices Eccleſiaſticos, quos appellant Conſervatores, addere debuiſſe. Hæc autem propoſitio coarctata magis eſt ab Imperatore Fridrico. Neuſtadt. 1467. Noribergenſes tamen ulteriorem hujus rei interpretationem petierunt, ne hæc conſtitutio obſit privilegio ſuo *von Verfolgung ſchædlicher Leute.*

## XVIII.

A. 1482. Noriberga & Winsheim fœdus inierunt, in quo præter alia capita hoc quoque extat, qua via procedere vellent in jure dicundo; ita nempe cautum eſt: Ambæ Civitates in conventibus æqualia habeant ſuffragia, ſin vero unanimia non ſint, ſuperaddat Noriberga tertium.

## XIX.

Porro Norimbergenſes, ſecuritati ſuæ melius meliusque conſulturi, non acquieverunt in judiciis per conventiones conſtitutis, veriti, ne partes adverſæ pactis non ſtent, ſed potius, pro moribus ſeculi, per diffidationes atque deprædationes ſibi ipſis jura ſumerent: Accedit

cedit, quod judicia Provincialia & Weſtphalica in aggreſſores injuſtos debito non adverterenr rigore, ſed diffidatores ſontes dimittendo, inſontes vero condemnando, inverſo plane ordine procederent. Qua de cauſa privilegia Exemtionum ab alienis hiſce judiciis implorarunt atque impetrarunt.

XX.

Antiquitate ſua quam maxime ſeſe commendat privilegium Reip. Noricæ a Fridrico II. anno 1219. de exemtione a judicio feudali datum, quod cum multis aliis refert *Knipſch. de jur. & priv. Civit. Imp. Lib. III. Cap. XXXVIII. n. 56.* cujus etiam cives in criminalibus & delictis nonniſi coram ſuo Sculteto ſint conveniendi. Confirmatum Henrico VII. 1313. & a Ludovico annexa eſt pœna 1000. M. A. 1328. Ita dein Henricus *VII. Diſponentes affectu benevolo, quod omnes utriusque ſexus homines trahi non poſſint ad alia judicia, ſed conveniri debeant coram ſuo ſculteto.* Piſis. Item Henricus Imp. cives liberos declaravit in cauſis ſecularibus a jurisdictione Epiſcopi Bambergenſis. 1313. confirmatur Ludovico 1315. Carolo IV. 1355. Ludovicus Imp. omnia civitatis privilegia confirmans denuo exemit eandem ab omnibus judiciis aliis, quin imo ab Aulico judicio 1315. Confirmatur a Carolo IV. addita pœna V. marcarum auri, item a Ludovico 1328.

XXI.

Obortis Burggraffium inter & Civitatem Noricam controverſiis judicium Provinciale concernentibus, transactio Seculo XIV. inita reperitur, qua diſponitur, coram quonam judice homines Burggraffio addicti itemque cives & accolæ ſint conveniendi, unde colligendum eſt, cives adjudicium provinciale tractos non fuiſſe.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0035

Ejusdem Ludovici beneficio id privilegii acceperunt Norimbergenſes, ut perpetuo ita ſint juncti imperio, ne unquam ſeparentur, neque loco pignoris imperii alienentur, ut ne hoc pacto alienis ſubjiciantur dicaſteriis & judiciis. Quisquis etiam hoc in paſſu literas ſit conſecutus vel conſecuturus, ille pro homine ſpolium committente ſit habendus. Confirmationes ſecutæ ſunt Wenzeslai & Sigismundi 1394. & 1436.

XXII.

Carolus IV. civibus aliam 1347. Exemtionem conceſſit, ne quis eos coram alio judice, quam ſuo Sculteto accuſet, de quacunque ſit cauſa, nulla plane excepta: judicibus quibusdam Bavaricis, hanc eorum libertatem turbantibus, pœna a Cæſare XX. pondo auri dictata eſt. Confirmat Sigismundus, & injicit mentionem judicii provincialis Burggraffii Nor. ſimulatque querelarum de turbatis & concuſſis juribus atque privilegiis Norimbergenſium.

XXIII.

In prolixa illa Capitulatione Anno 1361. confecta cum civitatibus *Gend, Brüg uud Ippern*, cautum eſt: Nemo Civium Nor. ob debita peregrina in carcerem compingatur. Item eædem conventus cogant, & ipſæmet delicta quævis puniant, exceptis iis, quæ vitam & membra concernunt. Eodem anno Civitas ab Innocentio VI. Pontifice privilegium accepit, vi cujus libertatem eſt conſecuta in ſpiritualibus ſe ſiſtendi non niſi coram Decano Bambergenſi Noribergæ præſenti: Cauſæ hujus rei variæ ſolent allegari: 1.) quia ea ſit magnitudine Noriberga, ut tertia pars hominum totius Epiſcopatus ibidem domicilium ſuum fixerit. 2) Imp. ipſi ſæpius vel diu commorati ſint, 3) vel conventus Imperiales convoca-

vocaverint. 4) Quod Bambergam inter & Norimbergam ſint ſiti duo ſaltus itineri diurno faciendo non ſatis commodi aut ſecuri. Avignon 1361.

XXIV.

Vlterius Anno 1373. Carolus IV. exemit Conſules, Senatum atque Populum Noricum ab omnibus Centenis & judiciis Provincialibus, ita ut qui univerſitatem & Cives univerſim convenire velit, conveniat eos coram judice Imperiali qui Noribergæ eſt. Huic adjungat Senatus V. VII. vel IX. Aſſeſſores e civitatibus Imperii quibuscunque velit, quod illi decreverit, id ratum eſto. Confirmat Wenzeslaus 1379. denominatque Weiſſenburg & Winsheim, unde Aſſeſſores ſint deſumendi. Quod autem ſculteti in quibusdam Imperii Civitatibus Judices Auſtregales eligi ſoleant, recito verba *Autoris von Alten Reichs Vogteyen Diſcours I.* p. 34. id nullam abſolutam ſuperioritatem aut ulteriorem poteſtatem involvit, ſiquidem officium judicum Auſtregalium, teſte notoria experientia non ordinariam ſed reſtrictam & limitatam jurisdictionem ſupponit.

XXV.

Anno 1389. finito bello Civitatenſe controverſiæ inter Principes atque Civitates compoſitæ ſunt. Johannes Landgraffius in Leichtenberg, tanquam judex Conventionalis inter Bavaricos Duces & Noribergam, præter alia illud Decretum pronunciavit: Noribergenſes coram nullo judicio provinciali Bavarico vel Palatino in rebus bellum concernentibus provocentur.

XXVI.

Wenceslaus Anno 1393. ad judices Provinciales, Noricum, Solisbacenſem, Auerbacenſem literas dedit,

quibus prohibet, ne Cives Noricos eorumve ſubditos ad judicium provinciale evocent, ſed potius libertates & privilegia eorum illibata conſervent. Qua de cauſa Imperator nobili de Borziwogien in mandatis dedit, ut pœnam, quam contranitentes luant dimidiam fiſco regio, dimidiam vero Noribergenſibus inferat atque tradat.

XXVII.

Extat Concluſum judicii provincialis Hirsbergenſis, A. 1404. quo definitum eſt; Cives Noricos in cauſis perſonalibus eo nunquam eſſe citandos. Aliud hujus tenoris: Nullam citationem contra Cives Noricos impetrari poſſe, niſi res omnis concernat territorium. Rurſus aliud ejusdem anni decretum ab eodem judicio Hisbergenſi emiſſum: Neminem Noribergenſium ad illud citandum eſſe in cauſis perſonalibus, niſi prius Noribergæ jus ſibi dici poſtulaverit. Simile concluſum de Anno 1411.

XXVIII.

Henricus Abbas ad D. Ægydii Senatui per modum pacti 1429. promiſit, Senatum Civesque ad nullum alienum judicium ſe eſſe tracturum, ſed deciſione judicis Imperialis, qui Noribergæ eſt, fore contentum.

XXIX.

Sigismundus Imperator liberavit Civitatem 1435. a Centena Nobilis Erkungeri de Seinsheim *in Schœnfeld*, ſub pœna nullitatis. Cum autem denuo eandem evocaret, in pœnam privilegiorum condemnatus, ab ipſo Imperatore Criminis læſæ Majeſtatis reus eſt declaratus An. 1457. Superſunt Acta, de An. 1437. e quibus evincitur, Cives Noricos in ipſa Aula Cæſaris, cum privilegiis ſuis de Exemtionibus ab alienis & peregrinis judiciis, fuiſſe omnino auditos.

XXX. Cum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0038

XXX.

Cum ſupra non nihil de judiciorum Weſtphalicorum exemtione dictum ſit, nunc ſeries annorum poſtulat, ut ea, quæ hac de re ex initio Sec. XV. ad manus ſunt, huc inſerantur. conf. Schilter ad J. F. A. Cap. XLII. Frigraffius quidam *Dieterich Pflüger, Freygraf von der krummen Grafſchafft* Senatum Nor. accuſatum coram illo à Dieterico de Sinkenhofen, cum ſuis civibus in Bannum declarare auſus eſt, ſed Appellatio ad Cæſarem directa, bene etiam eſt aſſumta. Senatus Colonienſis Norico literis ſignificavit, ut convocarentur civitates Imperii, atque ſic deliberent inter ſe, quanam ratione liberari poſſent ab hiſce judiciis, ſe curaturum quoque ſpoſpondit, ut idem negocium ſuſciperent Civitates Rhenanæ. Exinde facili conjectura licet aſſequi, in quantum poteſtate ſua fuerint abuſi judices iſti Weſtphalici, & quam neceſſaria fuerit inhibitio iisdem facienda. Conferatur Reformatio Francofurtana ſive Conſtitutio Imp. ibidem confecta 1442. quo in conventu definitum eſt, quibusnam perſonis judicium illud ſit replendum, item, neminem eo citari debere niſi de cauſis eo pertinentibus; Sique quis citatus fuerit, judex vero ejus ordinarius eum revocaret, citatus quoque cum duobus viris fide dignis polliceretur, ſe coram ordinario ſibi jus ſumturum eſſe, citatio illa ceſſet; & ſi contra procedatur, proceſſus ſit nullus, ipſe inſuper judex incidat in pœnam X. m. ⊙. privetur officio ſuo, & quod magis eſt, ſi poſtulatio injuſta, ipſe ſe condemnaſſe credatur, & pœna capitali afficiatur, hoc eſt quod continetur in Reformatione Frankofurtana, quæ procul dubiò ad requiſitionem Civitatum Imperii eſt compoſita.

XXXI.

Fridericus Imp. 1449. Civitatem Nor., quæ mul-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0039

tis abhinc annis innumeris a diverſis Imperatoribus donata eſt privilegiis, immunem quoque efficit a judiciis Weſtphalicis, in omnibus omnino cauſis, realibus, perſonalibus, mixtis. Anno 1465. extenſum eſt ad omnes cives, incolas, emphyteuticarios &c. Extant quoque confirmationes Pontificum. Anno 1459. *Hans Ulrich Heckendörffer*, qui citationem ab iſto judicio, quod Arensbergi eſt, contra Cives Noricos impetravit, condemnatus eſt in pœnam Reformationis Francofurtanæ, proſcriptus ſcilicet & morte multatus. Anno 1479. Simili modo *Cunz Huber von Mörsdorff* cives Nor. coram judicio Weſtphalico accuſans in bannum eſt declaratus. Et hæc de judiciis Weſtphalicis.

XXXII.

Anno 1353. In transactione Albertum inter Marchionem & Civitatem conventum eſt, ſe eſſe delaturos cauſas ſuas Regi Romanorum, & ejus deciſioni parituros; quæ voluntaria jurisdictionis prorogatio dicitur. Civis itaque quidem citans Senatum ad cameram, non tantum cum omni cauſa principali in impenſas condemnatus, ſed & publice proſcriptus eſt, in bannum quod appellatur ſuperius.

XXXIII.

Alia exemtio de Anno 1457. Calixti III. P. M. data legitur, quod neque Eccleſiaſtici Cives neque Seculares evocentur extra urbem ultra locum unius diurni itineris. Confirmat Pius II. 1461.

XXXIV.

Anno 1467. Senatus Noricus judicio Provinciali Auerbacenſi privilegia ſua exemtionum de alienis judiciis in cauſa *Hans Krafft* contra *Eliſ. Gäſtin* inſinuavit; Judice hanc inſinuationem aſſumere renuente, Norici impetrarunt ab Imperatore citationem ad videndum ſe

inci-

incidiſſe in pœnam privilegiorum. Pari ratione *Heinz Müller* contra *Otto Müller* inhibitionem contra judicium illud provinciale a Cæſare accepit.

XXXV.

Sixtus IV. 1475. privilegia de Exemtionibus ita confirmavit, ut ab omnibus judiciis provincialibus Cives Noricos liberaret, a Bavaricis ſcilicet, Franconicis, & eo cui præeſt Burggraffius Noricus. Deinde Monachis Scoticis *zu Würzburg, Erfurt und Nürnberg*, injunxit, ut hujus ſui decreti curam haberent. Idem ille Pontifex, tam intra urbem, quam extra illam degentibus certos judices Auſtregales, ceu appellantur, conſtituit Monachos Scoticos *zu Würzburg und Erfurt, und den Dechant zu Bamberg*, idque in mandatis dedit, ut ſi Clericos vel Laicos perturbarent Clerici, cauſas ad ſe traherent, easque vel ſummario vel ordinario modo deciderent, ne partes litigantes neceſſe haberent Romam usque confugere. Plura eundem in ſcopum collimantia adferre, ſuperfluum judico.

XXXVI.

Poſteaquam igitur in præcedentibus demonſtratum dedimus, quonam modo Auſtregarum beneficium per confirmationes atque privilegia Impp. majora indies incrementa cœperit, nunc reſtat ut ipſius Privilegii Carolini de Anno 1540. mentionem injiciamus, in quo omnia ab Anteceſſoribus conceſſa, abunde confirmata, adaucta, extenſa. Idcirco exhibeo verba ut habet Wehnerus Syphoremat. Tom. VI. Cap. VII.

*WIR CARL der Fünffte, von Gottes Gnaden, Römiſcher Keyſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, zu Caſtilien, zu Arragon, Leon, beyder Sicilien, Jeruſalem, Hungern, Dalmatien, Croatien, Navarræ, Granaten, Toleten, Valentz, Gallicien, Majoricæ, Hiſpalis, Sardinien, Cordubæ, Corſicæ,*

ſicæ, Murcien, Giemis, Algarbien, Algezieren, Gibraltar, der Canariſchen und Indianiſchen Inſuln, und der Terræ firmæ, des Oceaniſchen Meers, König; Erzherzog zu Oeſterreich, Herzog zu Burgundi, zu Lothringen, zu Braband, zu Steyer, zu Kärndten, zu Crain, zu Limpurg, zu Lützenburg, zu Geldern, ze Calabrien, zu Athen, zu Neopatrien, zu Würtenberg, &c. Graf zu Habſpurg, zu Flandern, zu Tyrol, zu Görtz, zu Barcinon, zu Arthois, zu Burgundi; Pfaltzgraf zu Hennegavv, zu Holland, zu Seeland, zu Pfirdt, zu Kiburg, zu Namur, zu Roſſilien, zu Ceritania, und zu Zütphen; Landgraf inn Elſaß, Marggraf zu Burggavv, zu Oriſtein, zu Gorciani, und deß heiligen Römiſchen Reichs Fürſt zu Schvvaben, Cathalonia, Aſturia; Herr inn Frießland, auf der Windiſchen Marck, zu Portenavv, zu Piſcania, zu Molin, zu Salins, zu Tripoli, und Mecheln &c. Bekennen öffentlich mit dieſem Briefe, und thun kundt, allermänniglich, daß die Ehrbaren, unſer und deß Reichs lieben Getreuen, Bürgermeiſter und Rath der Statt Nürnberg uns durch ihre Ehrbar Räth Bottſchafft haben zu erkennen geben, uud fürbringen laſſen.

Wievvohl ſie Bürgermeiſter und Rath, anch gemeine Statt Nürnberg, durch vveyland die Allerdurchleüchtigſten Fürſten, Keyſer Carl den vierdten, und König Wenceſslavv, unſere Vorfahren am Reich, löblicher Gedächtnüß, gnädiglich begnadet, und privilegirt, daß niemand ſie, die Bürger, gemeinlich, oder die Gemein der Statt Nürnberg, in erſter Inſtantz, an keinen andern Gerichten und Orten, dann allein für unſern und des Reichs Richtern zu Nürnberg, und den Reichs-Stätten, Winßheim und Weiſſenburg, rechtlich fürfordern und beklagen ſoll oder möge, alles fernern Inhalts, jetztbeſtimter Keyſer Carls, an Sanct Lucien, im dreytzehen hundert und drey und ſiebentzigſten Jahre zu Nürnberg, darüber ausgegangenen und beſiegelten Begnadigungs Briefen, vvelche ſie uns im glaubigen Schein fürbracht und angezeiget haben.

Wievvohl auch in unſer und des Reichs gemeinen Rechten

und

und Conſtitutionen ausdrückentlich geordnet und zugelaſſen, daß ein jeder, vvieder den in erſter Inſtantz ſein gerichtliche Endvrtheil, dadurch er ſich vermeynt beſchvvert zu ſeyn, ergangen, zu zvveyenmahlen provocieren und appellieren, und alſo um eine Sach drey Inſtantz gehalten, damit in der andern Inſtantz dasjenig, ſo in erſter und dritter, deß, ſo in anderer Inſtantz unterlaſſen, einbracht, und vorgeſprochene beſchvverliche Urtheilen gebeſſert, vviedertrieben und reformieret vverden mögen.

Darauf dann durch vveyland den Allerdurchlauchtigſten Fürſten, Keyſer Maximilian, unſern lieben Herrn und Anherrn, hochlöblicher Gedächtnuß, im viertzen hundert und fünff und neüntzigſten, und durch uns, auch unſer und des Reichs Churfürſten, Fürſten, und andere Ständten deß heiligen Reichs, im fünfftzen hundert und ein und zvvanzigſten Jahr zu Wormbs verordnet, Verſehung gethan, und verabſcheidet, vvelcher maſſen, und vor vvem, Churfürſten, Fürſten, Graffen, Freyherrn, und andere, uns und dem heiliegen Reich ohn Mittel untervvorffen, in erſter Inſtantz beklagt vverden, damit ſie zum vvenigſten zvvo Inſtantz, und ihnen die Gutthat und Hülffe der Appellation, als vvol, als den jenen, ſo dem Reiche nit ohn Mittel untervvorffen, vorbehalten und unbenommen bleib. Nachdem aber in jetztermeldten Reichs Abſchieden, von den Frey und Reichs-Stätten, vor vvem, und vvelchermaſſen ſie in erſter Inſtantz rechtlich beklagt vverden ſollen, gar nichts geordnet. So ſeynd ſie Bürgermeiſter und Rath zu Nürnberg bißher zu mehrmahlen und vielfältiglich ohne Mittel, in Sachen ſimplicis querelæ, ſtracks in erſter Inſtantz an unſerm Keyſerlichen Cammergericht gerichtlich fürgefordert und beklagt vvorden, müſten auch täglich gevvarten, daß ſie künfftiglich an demſelben unſerm Cammergericht fürgeheiſchen und gerechtfertiget vvürden, dadurch ihnen die beneficia appellationis abgeſchnitten, und gäntzlich benommen, vvelches ihnen aber aus erzehlten und andern mehren treflichen Urſachen, zum allerhöchſten be-

 ſchvver-

ſchvverlich und nachtheilig, auch obbeſtimpten ihren Keyſerlichen und Königl. Begnadungen und Privilegien entgegen und zuvvieder vvere, und uns darauf demüthiglichen angeruffen und gebetten, daß vvier ihnen hierin gnädige Fürſehung zu thun, und unſere Keyſerliche Begnadung mit zu theilen, ihnen auch vorbenannte privilegia und Freyheiten zu declarieren und zu beſſern genädiglich geruheten.

Deß haben vvir angeſehen, ihr demüthig, rechtmeſſig und bittliche Bitt, auch die getrevve nützliche Dienſte, ſo ſie unſern Vorfahren Römiſchen Keyſern und Königen auch uns und dem heiligen Reich vielfältig gethan und bevvieſen haben, auch hinfüren vvol thun mögen und ſollen, und ihnen obbeſtimpte ihre Keyſerliche Begnadungen, Exemtionen und Freyheiten nachfolgender geſtalt declarirt, erklärt, vernevvert und gebeſſert, auch dieß unſer Keyſerl. privilegium, Freyheit, Exemtion und Begnadung gethan, und gegeben, geben ihnen dieſelbs auch hiemit aus rechten Wieſſen, und aus unſers Keyſerlichen Gevvalts Vollkommenheit, ſonderlich aber in Anſehung obbeſtimpt und anderer mehr redlich Vrſachen uns darzu bevvegend, und aus ſondern gnaden, nehmlich alſo, daß obbeſtimpter Bürgermeiſter und Rath zu Nürnberg, als die Obrigkeit, in Sachen das Commun und gemein Statt belangend, zu ihren ordentlichen Richter haben ſollen, unſern und des Reichs lieben getrevven, Bürgermeiſter und Rath beyder Reichs-Stät, Winßheim und Weiſſenburg am Norkavv, ſamentlich und ſonderlich, ſetzen, orden und vvöllen, daß nun hinfüren künfftiglich, in evvige Zeit Bürgermeiſter und Rath zu Nürnberg, an keinen andern Gerichten, hohen oder niedern, vveder an unſerm Kayſerlichen Cammergericht, noch an andern Obergerichten, ſo jetzunder in teutſcher Nation gehalten, oder durch unſer Nachkommen, oder ſonſt künfftiglich aufgericht und geordnet vvürden, auch vveder von uns noch an unſern Kayſerl. Hofe, noch vor einigen delegierten oder deputirten Richter in erſter Inſtanz um

einerley

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0044

einerley Sach, Peinlich, Bürgerlich, Heblich, Perſönlich, oder wie die genannt werden möcht, auſſerhalb der Fälle und Sachen, die vermög unſer und des Reichs Ordnung, uns oder unſern Kayſerlichen Cammer Gericht im Heiligen Reich vorbehalten ſeyn, oder ſonſt von den gemeinen beſchriebenen Rechten, daſelbſt hingehören, mit Recht geladen, fürgenommen, noch beklaget werden ſollen, denn allein vor obbenannten Rath zu Winßheim und Weiſſenburg, welches Ort denn, ſo ſich Klag, Spruch, und Forderung gegen ihnen und gemeine Stadt Nürnberg vermeint anzumaſſen, gefällig und gelegen iſt, für denſelben ſämmtlich und ſonderlich, als iren gefreyten ordentlichen Richtern, ſoll nach gerichtlicher Ordnung und rechtlichen Proceß, allermaſſen, wie ſich an ordentlichen Gerichten gebührt und gebräuchlich iſt, in den Sachen, ſo daſelbſt wider die von Nürnberg Klagweiß fürgenommen, gehandelt und procedirt werden, auch jedem Theil, von End und andern Urtheilen, darinnen die Gemein Recht die Appellationes zulaſſen, an unſer Kayſerlich Cammergericht ſich zu beruffen, und zu appelliren zugelaſſen und vorbehalten ſeyn.

Und ſollen demnach weder an unſerm Cammergericht, noch von einigen unſern Hohen und Obergerichten, oder Richtern, nachdem ihnen dieſe unſere Kayſerliche Execution, Begnadung und Freyheit inſinuirt verkundt und zu wieſſen gemacht, gegen bemelden Rath zu Nürnberg einigen Proceß, Citation, Gebot, Inhibition, Mandat, Commiſſion, Befehlich noch zwang Brief, auf jemands anruffen, noch ex officio in erſter Inſtanz erkennt, ſondern die anſuchente Partheyen ohne Mittel für obbeſatzte deren von Nürnberg ordentliche gefreyte Richter gewieſen werden. Und ob darüber einigerley Proceß erlangt oder ausgehen würden, dieſelben ſollen an ihnen ſelbſt nichtig und krafftloß ſeyn, welche wir auch hiemit jezt alsdann, und dann als jezt, für nichtig und Krafftloß erkennen. Doch wo den Klägern auf ihr anruffen das Recht an gemelden Enden kündtig verſagt oder gefährlich verzogen würde, die mögen alsdann das Recht im ſolchem Fall ſuchen und annemen an denn Enden und Gerichten, da es ſich ſonſten gebühret. Ob auch bießher von unſern Vorfahren, Römiſchen Kayſern und Königen einige

 Conſti-

*Conſtitution, Prievilegien, oder Begnadung ausgangen oder künfftiglich ausgehen und erlangt würden, die bießher unſer declaration, Begnadung, Execution, Freyheit und Privilegien zu wieder und entgegen ſeyn oder verſtanden werden möchte, denſelben allen wöllen wir hiemit ausdrücklich derogiert, auch alle Mängel ſuppliert, und alles das, ſo hierwieder verſtandten oder angezogen werden möcht, gänzlich aufgehebt, abgethan und vernichtigt haben. Und gebiethen darauf allen und jeglichen Churfürſten, Fürſten, Geiſtlichen und Weltlichen, Prälaten, Grafen, Freyen, Herrn, Rittern, Knechten, Hauptleuten, Landvögten, Vitzthumben, Vögten, Pflegern, Verweſern, Ambtleuten, Schultheiſſen, Burgermeiſtern, Richtern, Räthen, Bürgern, Gemeinden, und ſonſt allen andern, unſern und des heiligen Reichs Vnterthanen und getrewen, was Würden, Stands, oder Weſens die ſeynd, auch ſonderlich unſerm Kayſerlichen Cammergericht, gegenwärtigen und künfftigen, ernſtlich und feſtiglich mit dieſen Brief, und wöllen, daß ſie die Genanten Burgermeiſter und Rath zu Nürnberg, und ihre Nachkommen, an dieſer unſer Kayſerlichen Begnadungen, Execution, Declaration, Freyhung und Prievilegien, keine Irrung, Verhinderung oder Eintrag thun, darwieder nicht handeln, thun, noch jemands andern zu thun ſchaffen oder geſtatten, in keine weiſe, ſondern ſie dabey unbetrübt bleiben laſſen, und handhaben, als lieb einem jeden ſey unſer und des H. Reichs ſchwere Ungnad, und dazu ein Pœn, nehmlich 50. Marck löthigs Golds zu vermeiden, welche ein jeder, ſo offt er freventlich herwieder thun würde, verwürckt haben, und halb in unſer und des H. Reichs Cammer, und den andern halben theil denſelben von Nürnberg und ihren Nachkommen, unablößlich zubezahlen verfallen und ſchuldig ſeyn ſoll. Mit Urkundt dieſes Briefs, mit unſer eigen Hand unterſchrieben, und unſern anlangenden Siegel beſiegelt. Geben in unſer Stadt Brück in Flandern, am ſechſten Tag des Monaths Julii, nach Chriſti unſers lieben HERRN und Seelichmachers Geburth, Funffzehnhundert und im Virzigſten, unſers Kayſersthums im Zwanzigſten, und unſer Reiche im fünff und zwanzigſten Jaren.*

CAROLVS

Ad Mandatum Cæſareæ & Catholicæ
Majeſtatis proprium.

*I. Obernburger.*

XXXVII.

## XXXVII.

Dicam ergo ſcribamus Viro, ceteroquin rerum publicarum peritiſſimo, *Dn. Uffenbachio*, hoc in paſſu ſtrenue erranti, dum in *tract. de Conſil. Aul. Cap. XII. Sect. I. Subſ. I. p. 146.* in hæc prorumpit verba: Noribergenſes quidem, cum quibusdam aliis Civitatibus liberis, ejusmodi privilegium contendunt, cum quo tamen in Auguſtiſſimo judicio Aulico nuper in cauſa Bœheim & Pina contra *Nürnberg* in puncto *der* de facto *eröffneter Garten-Keller* auditi neutiquam fuerunt. Videtur itaque autor aſſerere, aut Remp. noſtram primam inſtantiam privilegiatam nunquam acquiſiviſſe, aut acquiſitam rurſus amiſiſſe; utrumque autem aſſertum falſum eſſe, probabo. Prius quidem ſua ſponte concidit, ob allegatum paulo ante privilegium Carolinum. Poſterius autem apparebit falſum, ſi quando demonſtravero, Remp. Noricam jus Auſtregale, non tantum exercuiſſe, ſed & exercendi toties quoties lubuerit, indeptam eſſe licentiam; Hoc enim ſatis confirmat Capitulatio Auguſtiſſimi Imp. Caroli VI. art. 18. ut aliarum legum publicarum ſcrinia taceam, in quibus omnium Statuum Imp. jura, quæ de Exemtione a ſuperioribus tribunalibus, vel per pacta vel per privilegia habent, ſarta, tecta, illibata ſemper aſſervantur; Illud comprobant exempla, quorum unum alterumve allegaſſe ſufficiat: ita in cauſa *Herrn Grafen Johann Carl von Schönberg*, contra *Nürnberg*, tres reperiuntur ſententiæ a Judicio aulico latæ prima de Anno 1639. d. 4. April. II. d. 31. Octob. 1641. III. d. 18. Febr. 1642. quibus actori ſemper eſt injunctum, ut cum actione animo ſuo prætenſa ordinarium judicem, qui eſt Auſtregalis, adeat, ibidemque controverſiæ deciſionem expectet. Aliud adhuc addo Exemplum, quod negotio huic noſtro lucem accendere poteſt clariſſimam. Cauſa eſt *Gerhard*

*Reuter* contra *Nürnberg* in puncto Injuriarum, A. 1601. agitata, actor quidem in Camera Imp. contra Civitatem mandatum aliquod pœnale pro relaxando captivo cum citatione conſecutus eſt; cui ut pareret pars incuſata, propoſuit exceptiones ſuas declinatorias ſive incompetentiæ fori, ſupplicans ut cauſa ad judices ſuos, Auſtregas, remittatur. Inſequebatur etiam ſententia hujus tenoris: *Daß die ausgegangene Kayſerl. Ladung zu caſſiren, ufzuheben, und dieſe Sache an die gefreyete Richter zu remittiren, und zu weiſen ſeye; Als wir ſie auch hiemit caſſiren, remittiren und weiſen &c.* Porro partes ambæ litigantes coram Senatu Civitatis *Winsheim* conveniunt, & pro viribus eousque cauſam defendunt, donec tandem aliquando hæc pronunciabatur ſententia, præmiſſis præmittendis: *Daß die Beklagte von der angeſtellten Klage zu abſolviren, und zu erledigen.* Quæ cuncta non poſſunt non ex abundanti probare, falſa eſſe hæc Dn. Vffenbachii aſſerta, inprimis cum ſui potius fuiſſet officii, opinionem aſſumtam probationibus quibusdam ſuffulcire. Subjuncta cauſa *Böheim* contra *Nürnberg* parum habet roboris, utilitatis nihil. Præpono enim, dari caſus a Jurisdictione Auſtregarum ademtos, Cameræ reſervatos; Qui actus a Jurisdictione ſua, alienos non exercet, nil neglexiſſe vel amiſiſſe dicitur; Subſumo Auſtregæ Noricæ in cauſa *Böheim und Pina* contra *Nürnberg* cauſam a jurisdictione ſua alienam non exercuerunt; Nihil ergo neglexerunt vel amiſerunt. Sunt cauſæ exceptæ ſequentes: Cauſæ fractæ P. P. Cauſæ fiſcales, Cauſæ de Conſtitutione religioſa, Litigioſæ poſſeſſionis, Pignorationum, Mandatorum ſine Clauſula, Relaxationis jur. ad effectum agendi, Legis Diffamari, Denegatæ vel protractæ juſtitiæ, Appellationum, denique omnes cauſæ ſimplicis querelæ coram Auſtregis hactenus agitari non ſolitæ. Blum. proc. Cam. tit. 27. n. 171. Prædicta autem cauſa B. & P. contra *Nürnberg* eſt una e prænumeratis, nempe Mandati S. C. promanaverat enim contra partem ream Mandatum a Judicio aulico caſſatorium & inhibitorium S. C. ſub pœna aliquot marcarum auri, & termino duorum menſium ad docendum de parritione; id quod omne acta ipſa inſpicientibus patebit.

XXXVIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0048

XXXVIII.

Ejuſdem farinæ eſt objectio *Reinkingii de Regim. Secul. & Eccleſ. Lib. 2. cap. 16. n.* 12. 13. 14. Quod Civitates Jus Auſtregarum non ex lege Imperii ut Principes, ſed in vim tantum peculiaris privilegii uſurpent, a quo tamen ſemper Cæſarea Majeſtas, tanquam concedens excepta cenſeatur, hujusque intuitu exceptio talis jam ſæpius rejecta fuerit. Mihi ſaluberrima limitatione rem omnem enodari poſſe, videtur. Eſt quidem, fateor, regula inter JCtus frequentiſſima, privilegium contra dantem non eſſe interpretandum, ſed potius illum exemtum ſemper videri; id quod ſi vel maxime concederem, inque privilegiis ſimpliciter datis crederem; Res tamen longe aliter eſt comparata in privilegiis ab Aug. Imperatore ad id expreſſe datis, ut propriæ etiam & ſummæ ejus jurisdictioni in tantum derogetur, eaque quoad primam regulariter inſtantiam ſuſpendatur: Nam huic a S. Maj. Cæſ. renuntiari poſſe, & voluiſſe dubitari non debet, exemtionibus & privilegiis hiſce aliisque tot pactionibus atque confirmationibus corroboratis, quas infringere velle nunquam eſt dicendus Imperator. Quod ad cauſam ſuballegatam attinet, ita ſubolet illa mihi, quam vis inſpiciendi copia non fuerit, ut perſuaſus ſim, eſſe forte parem cum ea, quam in præc. §. diſcuſſimus. Ceterum modus acquirendi per privilegium, privilegiato & ſucceſſoribus in perpetuum & infinitum conceſſum, ſi non fortior, certe in hujusmodi juribus nec debilior aut infirmior eſt inveſtituræ jure & effectu, nec ipſius rei & juris Auſtregarum ſubſtantiam mutat.

XXXIX.

Antequam negotio noſtro finem imponamus, placet nonnulla formam proceſſus judicii Auſtregalis Norici concernentia, annectere. Notum enim eſt vigere in terris Noricis proceſſum ſimplicem, quodammodo etiam articulatum: De ſimplici non eſt dubium; Sed quæritur utrum & in Auſtregis Noribergenſi Reipublicæ competentibus per articulos procedere liceat? Reſpondeo, non neceſſitatis, ſed potius liberi eſſe arbitrii, utrum quis hunc, an vero ſimplicem proceſſum eligere velit: prohibitio, quæ in Rec. Imp. 1654. §. 34. ineſſe dicitur, tantum attinet proceſſum in Camera obſervandum, ejusdem

vero

a K II k 3912



vero Rec. Imp. §. 137. expreſſe cavet, ut ſi quis alius in judiciis ſtatuum ſit introductus modus procedendi, ille per hanc conſtitutionem non tollatur: ita me docet Vir Generoſiſſ. Patronus ſummus Dn. Chriſt. Scheurl in diſſ. de Judiciis Norib. Cap. II. §. 23. 24. ubi etiam §. 22. ipſum integrum proceſſum articulatum in ſumma præſcripſit. Appellatio denique & executio eadem obtinet, quæ in aliis Auſtregis ordinationis vide quæ habet Blum. in Proc. Cam. Tit. XXVII. de Auſtregis in fine.

XL.

Reſtat ut paucis adhuc enumerem civitates eas, quarum Noriberga Judex eſt Auſtregarum: Ita Ratisbona habet judicem primæ inſtantiæ Auguſtam, Noribergam, & Vlmam. Limneus. Jur. P. Lib. I. 9. c. 5. n. 16. Schweinfurt habet Prætorem ſuum cum 2. 4. 6. Senatoribus duarum Imperii Civitatum Norib. & Rothenburg. Diploma Rudolph. II. 1577. ap. Lunig. P. II. *in* 43. *Abſch.* n. 57. Donawertha Auguſtam, Noribergam & Vlmam vi privilegii Friderici 1465. Lunig. Part. II. 10. *Abſch.* n. 27. Winsheim habet Scultetum ſuum & Civitates *Nürnberg*, *Rothenburg*, *Dünckelſpil.* Dipl. Carl. V. 1545. Lunig. P. II. *in* 53. *Abſch.* Adeſt & aliud negotium, noſtro valde affine, quod in eo conſiſtit: Vt emigrantes Noriberga jusjurandum præſtare debeant, ſe eſſe coram Cæſare aut Civitatibus Winsheim & *Weiſſenburg* reſponſuros, ſi Senatus contra eosdem agere velit; Sin autem ipſis lis ſit cum cive ſingulari, tunc ſeſe in judicio Norib. intra annum apparere velle. Sed de his omnibus prolixiorem eſſe, tempus mihi non permittit, inſtat enim iter paucis abhinc diebus ſuſcipiendum. Ego quidem nullam occaſionem prætermittam, ſi quæ aliquando erit, hanc rem prolixius, ut decet, atque exactius deducendi. Interim conatui meo fave & Vale.

V C

Pon II K 3712

Qk

ULB Halle 3
004 841 115

f

D.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0051

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0052

B. M. II, 105.
h. 22, 13.

DISPVTATIO IN

DE

# AVSTR

# REIP. NO

# GENS

QVAM

*MAGNI*

ICTORVM

CONSEN

PRO LIC

SVMMOS IN IVR

CAPESS

*DIE MARTII A*

DEFEND

GEORGIVS CHRIST

DE RATS

---

*ALTORFII*

LITERIS IOD. GVIL. KOHL

BIBLIOT
PONICKAU
1.6.C.8.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-2819/fragment/page=0053